DE
SACRA
ORDINATIONE



ROMAE,

Typis Francisci Tizzoni. M.DC.LXXVII.

SANCTISSIMO, AC BEATISS. PATRI, & D. Noſtro INNOCENTIO XI. PONT. MAX.

THOM. DE CERRIN: ſempiternam felicitatem.



NTER fauſta, Beatiſſ. Pater, tuæ inaugurationis exordia, & inter lætas vniuerſi Chriſtiani orbis gratulationes, illuſtrior portio gregis Chriſti, Clericalis nempè ordo præcipua exultatione congau-

det, cum optatiſſimum ſibi tempus aduenisse confidat, quo diſcuſſis ignorantiæ tenebris, & priſca ſacrorum Canonum obſeruantia reſtituta, nõ amplius gemebundæ Turturis, mellifluı ſcilicet Bernardi vox audiatur in terra noſtra, *Curritur paſſim ad ſacros Ordines, & reuerenda ipſis quoque ſpiritibus Angelicis Miniſteria homines apprehendunt ſine reuerentia, ſine conſideratione.* Quam quidem adeò debitã conſiderationem, cum plures Summi Pontifices Prædeceſſores tui ingerere ex parte ſtuduerint, non inu-

De Conuerſ. ad Clericos. cap. 21.


tile arbitratus ſum, ſi ea, quæ nuper in ſua Prouincia Hieronymus S. R. E. Card. Grimaldus Archiepiſcopus Aquenſis, iuxta ſacrorum Canonum normã, ſtatuerit, Beatitudini tuæ humiliter offeram, ne vlterius *ex inordinata*, vt aiebat ille, *& indiſciplinata multitudine Sacerdotum, detur oſtentui noſtræ Redemptionis venerabile Sacramẽtum.* Fuit hoc iamdudum Romanæ Eccleſiæ conſilium, vt *Nullus Laicus ad quemlibet gradum Eccleſiaſticũ promoueatur, niſi poſt mutatum habitum ſæcularem, diuturna conuerſatione inter Clericos*

Petr. Blaſenſ. ep. 123.

Concil. Rom. an. 1059.

fuerit comprobatus; ac longè ante Sanctus Innocentius Primus, cuius Tu & nominis, & muneris, & virtutis in Ecclesia es Successor idipsum decreuerat. Epist. 4. ad Felic. *Nec citò quilibet Lector, citò Acolythus, citò Diaconus, citò Sacerdos fiat; quia in minoribus officijs, si diù perdurent, & vita eorum pariter, & obsequia comprobantur, vt ad Sacerdotium postea emeritis stipendiorũ meritis veniant, nec prærequirant, quod vita probata meretur accipere.* Quę si adamussim seruarentur An 1624 *Angelicæ profectò vitæ*, vt Burdigalense Concilium adnotauit, *viros Ecclesia-*


ſticos haberemus. Hanc, cum ſciam, præcipuam Sanctitatis tuæ curam, nil reliqui ſupereſt, niſi, vt à bonorum omnium auctore Deo Catholica Eccleſia deprecetur, vt quæ modò ſanctè diſponis, feliciter exequi valeas: quatenus inſtaurata Clericalis ordinis diſciplina, fiat demũ, ſicut Sacerdos, ſic & populus in ſanctificationem, & honorem.



Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiss. Patri Mag. Sac. Pal. Apost.

I. de Ang. Arch. Vrb. Vicesg.




Imprimatur,

Fr. Raimundus Capisuccus Sac. Pal. Apost. Mag. Ord. Præd.

SACRARVM ORDINATIONVM FORMVLA.

Ab Eminentissimo D. Cardinali Grimaldo Archiepiscopo Aquensi. Præscripta.



IERONYMVS miſeratione Diuina S.R.E. Cardinalis Grimaldus Archiepiſcopus Aquenſis. Vniuerſo Clero Aquenſi Salutem & Benedictionem.

Cum inſtaurandę totius Eccleſiaſticæ Diſciplinæ caput & ſumma in Clericorum Ordinatione poſita ſit; ad hoc vnum primariò & præcipuè attendere

debent Episcopi, *a* & pro iniuncta sibi solicitudine, diligentiùs prouidere, vt non nisi idonei, & probati, Ecclesiæ vtiles, & vocati vocatione Dei sancta, Clero adnumerentur, & Ecclesiasticis Ordinibus initientur. *b* Apostolicum illud altè retinentes, alienorum peccatorum participes effici & reos, si citò & absque diligenti necessaria probatione, cuiquam manus imposuerint: Non aliam sanè ob rem, quàm ob collatos Ordines, apud districtum Iudicem grauius iudicium subituri.

a Impositio manuum est ostium, per quod intrant, qui Ecclesiarū gubernaculis admouentur. Proinde, quia eiuscemodi ostium diligēter custoditum nō est, factum est, vt tanta mala, quæ sentimus, agminatim in Ecclesiam Dei irruperint. Huius ianuæ vigilantissimi custodes fuerunt Apostoli Christi, & quotquot illis successerunt, Apostolici Episcopi. *Colon. an.* 1536 *p.* 1 *cap.* 1.

b 1. *Tim.* 5. 22. Quid est citò manus imponere, nisi ante ætatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ sacerdotalem honorem non probatis tribuere. *S. Leo Epist. [illegible] Episc. Afric.*

c Nos igitur vt huic rei, quę tanti Ecclesiæ interesse dignoscitur, solicitudo nostra non desit, Canonicis Sanctionibus, Sanctorum Patrum, ac Summorum Pontificum decretis, vt par est, obsequentes, in eligendis Ecclesiæ Ministris, seruanda, & statuenda duximus quæ sequuntur.

c Bulla Clement VIII. ad Episc. Gallia. an. 1599.

I.

Et primùm circa primã Tonsuram, è qua, velut è radice, totius Ecclesiastici Ordinis integritas pendet, statuimus, neminem illa fore initiandum, qui præter conditiones, quas prerequirit *d* Cõciliũ Tridentinum, natus nõ sit ad minus *e* annorũ quatuordecim. Qui status Cleri-

d Seß. 23. de ref. cap. 4.

e Nullus tõdeatur sine legitima ætate & spontanea voluntate. *Mogunt. sub Car. Magno. Can. 23.*

calis obligationes, & dignitatem probè non norit. Atque in Seminario anteà, saltem per mensem, non fuerit commoratus, quò eius propositum f & vocatio rectiùs exploretur; & dignosci possit, vtrũ vero & simplici corde fidelem Dei cultum quærat in hoc statu toto vitæ tempore præstandum: An verò temporalis commodi, honoris, vel Beneficij adipiscendi spe, ac desiderio ductus accedat. Officia quippe, non Beneficia quærere

Nullus ante decimum-quartum annum Beneficium possit obtinere. *Trident. sess.* 23. *cap* 6 *de ref.*

Annus discretionis propriè dicitur post decimũ-quartum in masculo; vt cap. *Cum virum*. Et cap. *Cum simus* de Regularib.

Clement. *Eos*, iuncta glossa 1. eod. Tit. Host. in *C. Tuæ Litteræ de Cler.* per salt. promot. in ver. *Discretionis*. *Prosp. Fagnani in primam part. lib.* 5. *Decretal. eod. tit. & cap.*

Illi vero ante quartum decimum annum poterunt primâ Tonsurâ initiari, qui in Cathedrali Ecclesia Clericali toga & superpelliceo induti, per duos saltem annos diuino cultui inseruierunt: si prius eorum Parentes vel Tutores propositum sibi esse iurauerint Ecclesiæ Ministerio conseruandi. *Mexican. ann.* 1585. *lib.* 1. *tit.* 4. §. 2. f *Colon.* 1. *par.* 1. *cap.* 21.

debet mens verè à Deo vocata: & Ecclesiasticæ dignitatis, aut Beneficij indignus censendus est, illius intentione, ac expectatione Clericus factus, & à gradu suo, iuxta *g* sacros Canones, est amouendus.

g Prioribus canonibus cõcordantes, definimus, neminem de mundana cõuersatione nuper tonsũ super intentione, vel expectatione Pontificatus honoris Clericum, aut Monachum factum, ad huiusmodi ascendere gradum. Neque enim propter religionem, vel amorem Dei aut propter expectationem transeundi viam virtutum, sed ob amorem gloriæ, aut principatus tonsu huiusmodi reperitur ...... Si verò quis per nullam suspicionem prædictæ Concupiscentiæ expectationis sed propter ipsum bonum humilitatis, quæ est circa Christum Iesum, abrenuntians mundo, fiat Clericus &c. beneplacuit huic sanctæ & vniuersali Synodo eligi hunc & amitti ..... Si verò præter hanc definitionem nostram quisquam ad iam factum honorem prouectus extiterit, reprobetur, & ab omni Sacerdotali operatione prorsus abijciatur, vtpotè, qui extra sacros Canones sit promotus. *Synod. 8. Constantinop generalis an. 870. Act. 10. cap. 50.*

I I.

Clericali Tonsura initiatos illam semper defer-

re, & *h* in habitu Clericali continuò incedere: Dominicis & diebus festis cum superpelliceo in Ecclesia Parochiali deseruire, *i* & Sacerdotibus ministrare, præcipimus, & iubemus. Si secus fecerint, priuilegijs Clericatus sui non gaudere; & ab Ordinibus, ac Beneficijs reijciendos, tanquam inhabiles, declaramus.

Ad primam tonsuram non admittentur, nisi quos constiterit, eo studio litte-

h Qui Clericalem habitũ Episcopi authoritate susceptum eo in consulto deposuerit, non solum graues eiusdem arbitrio pœnas luet: sed sciat etiam se omni spe vlteriùs in Ordinibus progrediendi, aut eumdem habitum obtinendi, cariturum *Sinod. Nucerina de sacr. Ordin. num* 8.

Qui nigris simpliciter vestibus indutus ab Episcopo, vt Clericus fieret, amictum amplius mutare non potest, vt qui Deo consecrari proposuerit; & ideo nec suam Deo pollicitationem resecare, nec primum habitum ludificari. *Theod. Balsam.*

Nullus, nisi priùs iuramento præstito de intentione permanendi in habitu Clericali admittatur, nec ad primam Tonsuram promoueatur. *Mexican. an.* 1585. *lib.* 1. *tit.* 4. § 1.

i *Burdigal. an.* 1624 *cap* 6. C. 6 *n* 2.

Remens. an. 1564. *Stat.* 9. *Tolet.* 1568

ris operam dare, *k* vt in via versari videantur ad maiores Ordines suscipiẽdos; & ad illos postea probabiliter, si ita videbitur, sint ascensuri.

k Nulli Tõsura detur, nisi idoneo & ad sacros Ordines postea probabiliter ascensuro. Quid enim opus mittere panem filiorum canibus & spiritualia mundi amatoribus? *Statut. Eccles. Remensis, an.* 633. *Stat.* 13.

III.

Pręcipimus Parochis, vt sæpius, dum ad populum sermonem habent, accuratè edoceant, quas secum inuehat obligationes Clericalis Tonsura, & cum qua animi intentione, ac præparatione, suscipienda sit. *l* Illudque grauissimis verbis enuntient, quàm nefas sit liberos, quos non vocat Dominus, ad hunc statum protrudere; & primogenitos, aliosuè

l Mediol. 4. *Tit. quæ pertinent ad Sacram. Ordinis.*

maiores natu Clericali Tonſura curare præmuniri, donec alij per ætatem illius capeſsendæ & Beneficij poſſidendi capaces euadant. Hortentur quoque parentes, vt quos ex filijs ſuis eligere ſibi in miniſtros Dominus dignabitur, illos in Chriſtiana pietate diligentiùs præ cęteris *m*, & in Clericali diſciplina maturè inſtitui prouideant.

Id præterea incumbat Parochis, vt quos iuniores pueros *n* in Parœcia ſua ad ſtatum Eccleſiaſticum propenſos, idoneoſque agnouerint, veluti Clericalis Ordinis propagines & futuræ Eccleſiaſticæ ſobolis ſpem, paterna pietate foueant, inſti-

m Erudi puerum iuxta viam ſuam. *Prou* 22.6. *ex Hebræo*.

n Omnes Presbyteri qui ſunt in Parochijs cõſtituti, iuniores lectores ſecum in domo recipiāt; Et eos quo modo boni Patres ſpir[illegible]

tutis Clericalibus imbuāt; actibus illorum & conuersationi inuigilent; indicia vocationis in eis obseruēt; vt de his suo tempore fidele nobis testimonium valeant perhibere.

tualiter nutrientes, psalmos parare diuinis lectionibus insiste re, & in lege Domini erudire contendant. *Vasense 2. an. 529. Can. 1. Emerit. Can. 18. Mediol. 4. supra.*

IV.

Et quia post primam Tonsuram Minores, quos vocant, Ordines, grauiores annexas habent obligationes, maiusque dignitatis pondus; quippe qui ad Sacerdotium, quod perfectionis status est, & sanctitatis apex, *o* propiùs accedunt: Nullus eis adscribendus erit, qui decimum octauum ætatis annū adeptus, constantiorem se diuino cultui mancipādi vo-

o *S. Ignat. Epist. ad Smirnenses.*

luntatem non pręferat. Qui inseruiendæ Ecclesiæ vtilis & *p* idoneus non iudicetur. Qui linguam latinam, & *q* doctrinam Christianam apprimè non calleat: & * quem non scientiæ & virtutis spes maioribus dignum ostendat. Ac in Seminario per tres menses, ad minus probandus non manserit.

p Nemo ad quatuor Minores Ordines promoueatur, nisi quantùm fieri poterit, Ecclesiastici cantus rudimētis instructus. *Mexican supra, §.3.*

q *Trid. sess 23. cap. 11. de ref.*

* Sine quibus vix fortassis Ostiarij possit quis implere ministerium. *Gelas. Epist. ad Episc. per Bru. & Lucan. Constit. cap 3.*

V.

Adeo vilia habentur & negliguntur hodiernis tēporibus Minorum Ordinum ministeria, vt qui ad ædificationem, & vtilitatem Ecclesiæ instituti sunt Ordines, quasi nunc inutiles, supprimendi, si fas esset, videri possent & o-

mittendi. Neque enim iam in illis attenditur ministerium, propter quod instituti sunt, sed gradus solùm, quo ad superiora fiat ascensus. *r* Et vbi complures Sancti toto vitæ tempore in aliquo etiam Minori Ordine versati, in altiorem gradum se prouehi non sunt passi; *f* eorundem nunc Ordinum functiones homunciones refugiunt, atque absque vllo religionis sensu, ac specie passim obire videmus.

r S. Cyprian. Epist. 33. ad Cler. & pleb. de Aurelio Lectore,

f Idem Epist. 34. de Celerino.

Mediol. 5. part 3. tit. de initiandi Ord. Sacr.

Vt igitur prædictorum Ordinum munera dignius exerceantur, & restituantur, decernimus, vt sicut ex præcepto *t* Cōcilij Tridentini non nisi per constitutos in dictis Ordinibus debent exerceri, ita

t Sess. 23. c. 17 de ref.

Mediol. 4. tit quæ pertinent. ad Sacrum. Ordinis.

& ab omnibus, qui eis fuerint initiati, de facto exerceantur & præstentur: Nec vlli, *u* etiam Regulari, ad superiores gradus pateat ascensus, qui de præstitis eisdem functionibus certum testimonium non habeat. *x* Has autem functiones non rarò sed frequenter, non elatè, sed humiliter, non negligenti studio, sed accurata, & verè Clericali solicitudine obeant. In quo animum Ecclesiasticum habere, & dignos se comprobabunt, qui ad superiora conscendant.

Quos quidam quatuor

u Mediol. 5. suprà. Aquense an. 1585. tit. quæ ad Sacram. Ordin. adm. pertinent.

x Iā verò eò ventum est, vt quatuor illi Minores Ordines non temerè ab Ecclesia instituti ac recepti, præter nomen nihil in Ecclesia retinuerint, illorumque loco tenues homines aliquot Laici, qui per Ecclesiç Prçlatos minoris compendij gratia subrogantur, illorum sese Officijs ingerant, idque indecorè, quippè nullo habitu Clericali amicti, inter quos sunt, quos appellamus, Campanarios.

y Colon. 1. an. 1536. art. 3. cap. 31.

Minores Ordines non vno eodemq; die, sed per temporum interstitia, ex decreto y Concilij Tridentini arbitratu nostro prescribenda, conferemus; vt eò accuratiùs, quãtum sit huius Disciplinæ põdus, possint edoceri, ac in vno quoque munere, iuxta præscriptum nostrum, Ordinati se exerceant:

y Trid sess. 23 de ref.

Statuta illa temporum interualla Ordinibus tũ Minoribus, tum Maioribus suscipiẽdis, Concilij Tridentini Decreto prescripta, ne facile, ac passim, siue vllo delectu, prætermittantur, omittanturue. Mediol. 4. par. 2. tit. quę pertinent ad Sacram. Ordin.

VI.

Statuta Ordinum interualla & temporum interstitia z ab vltimo minorũ Ordinum ad Subdiaconatum, à Subdiaconatu ad Diaconatum, à Diaconatu ad Presbyteratum, tanquã nouitiae...

z Trid. sess. 23 cap 13. & 14. de ref.

Tempora à Maioribus constituta seruentur, nec citò quilibet Lector, citò Acoly...

probatione cuiusque Ordinis ab Ecclesia piè institutum, strictè ab omnibus seruari mandamus: vt præstituto tẽpore probati Clerici, postquam in anteactis ministerijs piè ac fideliter se gesserint, ad altiorem gradum meritò assumi queant: *a* Nec quẽquã super interstitijs dispensãdum declaramus, nisi Ecclesiæ *b* necessitatem, aut vtilitatẽ id postulare certò constiterit.

conus, citò Sacerdos fiat: Quia in minoribus Officijs, si diu perseuererẽt, & vita eorũ pariter, & obsequia comprobantur; & ad Sacerdotium posthac emẽsis stipendiorum meritis veniant, nec præripiant, quod vita probata mereatur accipere. *Innoc. I. Ep. 4 ad Felic. c. 5.*

c Aetas verò à sacris Canonibus pro singulo Ordine prescripta, non sufficiat, nisi vita & moribus, in sacris Ordinibus initiandis, senectus sit.

a Si punctuatim seruatis temporum interstitijs cõsisterẽt pro uecti, exercitijs Ordinum proximè susceptorum sedulò vacãtes, Angelicæ profectò vitæ viros Ecclesiasticos haberemus. *Burdig. an. 1624. c. 6. de Ordin. n. 3.*

b *Trid. Sess. 23. cap. 13. de ref.*

c *Bulla Clement. VIII. ad Episc. Gallia, ann.* 1599.

Merebatur Ordinationis vlteriores gradus, & incrementa maiora, non de annis suis, sed de meritis æstimandus. *S. Cyprian. Epist.* 33. *ad Cler. & pleb. de Aurelio Lectore ordinato.*

Aetas quidam illa sufficiat, modò tamen cœtera quoque, quæ Canones plusquam ætatem respiciunt, haud desint; Nempè litterarum scientia, & morum grauitas. *Colon.* 1. *part.* 1. *cap.* 17.

VII.

Nemo, cuiuscumque status, & conditionis existat, ad sacros Ordines admittetur, qui prius in Seminario *d* non fuerit commoratus; Per annum quidem, ante sacrum Subdiaconatus Ordinem, quo, cùm arctiùs, & sacratiùs quàm per religionis statum homines Deo ligentur, non minori sanè indiget tempore probationis. Ante Diaconatũ verò per menses sex, & ante Pres-

d Presbyter priusquam ad consecrationem Presbyteratus accedat, maneat in Episcopio discendi gratia Officium suum; donec possint, & mores, & actus eius animaduerti; & tunc, si dignus fuerit, ad Sacerdotium promoueatur. *Con. Turon.* 3 *an.* 813. *sub Car. Magn.*

bis; *i* vel saltem coram nobis, semper peragi volumus; ne contingat, temerè, & non ritè perspectis promouendi dispositionibus, *l* cuiquam manus imponere.

i Est enim regulariter, & generaliter obseruatum, vt ad eum examinatio personæ pertineat, ad quem impositio manuũ spectat. *Innocent. III. C.* Venerabilem *de Elect. Antioch. Can.* 24.

l Non putent autem Episcopi, se muneri suo satisfecisse, si eorum, qui ordinandi sunt, examinatione ad alios reiecta, manus tantum ipsi imposuerint. Ita enim plerumque fit, vt qui inutiles, & indigni sunt, eos ab alijs temerè, quos ea cura non admodum tangit, dignos iudicatos, Sacris Ordinibus præter conscientiam insigniant. Quapropter omnes & singulos Episcopos in Domino hortamur & monemus; eisque mandamus, vt ipsimet hoc munus examinandi omni studio, & diligentia exerceant. *Decret. de reform. Angliæ per Reginald. Polum Cardinal. & Sedis Apost. Legat. Decret.* 6. *ann.* 1556. *Tom.* 14. *Concilior. edit. Paris.*

Quò fit, vt nullæ, aut perfunctoriæ, aut admodum frigidæ fiant Ordinandorum examinationes: quem defectum supplere cupientes, & examen ad sua principia, hoc est, ad Episcopos reuocare, quibus ex lege diuina incumbit nemini citò manus imponere, matura deliberatione præhabita, declaramus, Episcopos non debere huiusce modi examinationibus (quando non ignorant eas perfunctoriè factas) statim acquiescere, &c. Eaque de causa requirimus Prouin-

ciæ noſtræ Epiſcopos in Domino, vt vel ipſimet huic ſacro muneri ſatisfaciant, vel curam illam imponant viris pijs, doctis, & de Eccleſiæ profectu ſolicitis, quorum diligentia ſit eis explorata. *Colon. 2. an. 1549. tit de altero medio ad conſequendam reformationis executionem neceſſario, quod eſt examen Ordinandorum, Num. 2. Ad quos pertineat examen?*

IX.

Quilibet ante Seminarij ingreſsũ afferre teneatur, nobiſque exhibere Baptiſmi teſtimonium, & quod à legitimo matrimonio natus ſit, vel ob natalium defectum *m* ſecum diſpenſatum eſſe. Adferat quoque atteſtationẽ ſui Parochi ſub ſigillo clauſam, quam aliundè ipſe Parochus ad nos mittere poterit, in qua de vita, moribus, & conuerſatione Ordinandi, *n* de propenſione ad vitam Eccleſiaſticam, & idoneitate; de

m *Tit. de purgat. Can. c. accedens.* Aquenſe, ann. 1585. à Sixto V. approbatum, *tit. quæ ad Sacram. Ord. adminiſtr. pertinent.*

n *Mediol. 4. tit. quæ pertinent ad Sacram. Ordin*

habitu *o* Clericali, & talari veste à se continuò gestata, de præstitis frequenter, & religiosè susceptorum Ordinum functionibus, de frequẽtiori accessu ad Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramentum, *p* & de trina denunciarione futuræ ipsius promotionis ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines, expressa mentio, & certa fides habeatur.

Qui in Collegijs audiũt, Magistri *q* etiam testimonium referent. Et ad Subdiaconatum promouendi, producent titulũ, sub quo Ordines sibi conferri postulant; vt tunc examinetur, debitèque probetur. *r* Has autem attestationes, si tribus mensibus vetu-

o *Mediol. 5. part. 3. tit. 3.*

p *Trid. sess. 23 cap. 5. de ref.*

q *Trid. sess. 23 cap. 5. de ref. Aquense suprà. Mediol. 4. suprà.*

r *Aquense suprà.*

maiores natu Clericali Tonſura curare præmuniri, donec alij per ætatem illius capeſsendæ & Beneficij poſſidendi capaces euadant. Hortentur quoque parentes, vt quos ex filijs ſuis eligere ſibi in miniſtros Dominus dignabitur, illos in Chriſtiana pietate diligentiùs præ cęteris *m*, & in Clericali diſciplina maturè inſtitui prouideant.

Id præterea incumbat Parochis, vt quos iuniores pueros *n* in Parœcia ſua ad ſtatum Eccleſiaſticum propenſos, idoneoſque agnouerint, veluti Clericalis Ordinis propagines & futuræ Eccleſiaſticæ ſobolis ſpem, paterna pietate foueant, inſti-

m Erudi puerum iuxta viam ſuam. *Prou* 22.6.*ex Hebræo*.

n Omnes Presbyteri qui ſunt in Parochijs cõſtituti, iuniores lectores ſecum in domo recipiãt; Et eos quo modo boni Patres ſpiri-

tutis Clericalibus imbuāt; actibus illorum & conuersationi inuigilent; indicia vocationis in eis obseruēt; vt de his suo tempore fidele nobis testimonium valeant perhibere.

tualiter nutrientes, psalmos parare diuinis lectionibus insistere, & in lege Domini erudire contendant.
Vasense 2. an. 529. Can. 1. Emerit. Can. 18. Mediol. 4 supra.

IV.

Et quia post primam Tonsuram Minores, quos vocant, Ordines, grauiores annexas habent obligationes, maiusque dignitatis pondus; quippe qui ad Sacerdotium, quod perfectionis status est, & sanctitatis apex, *o* propiùs accedunt: Nullus eis adscribendus erit, qui decimum octauum ætatis annū adeptus, constantiorem se diuino cultui mancipādi vo-

o *S. Ignat. Epist. ad Smirnenses.*

luntatem non pręferat. Qui inseruiendæ Ecclesiæ vtilis & *p* idoneus non iudicetur. Qui linguam latinam, & *q* doctrinam Christianam apprimè non calleat: & * quem non scientiæ & virtutis spes maioribus dignum ostendat. Ac in Seminario per tres menses, ad minus probandus non manserit.

o Nemo ad quatuor Minores Ordines promoueatur, nisi quantùm fieri poterit, Ecclesiastici cantus rudimētis instructus. *Mexican supra, S.3.*

q *Trid. sess. 23. cap. 11. de ef.*

* Sine quibus vix fortassis Ostiarij possit quis implere ministerium. *Gelas. Epist. ad Episc. per Bru. & Lucan. Constit. cap 3.*

V.

Adeo vilia habentur & negliguntur hodiernis tēporibus Minorum Ordinum ministeria, vt qui ad ædificationem, & vtilitatem Ecclesiæ instituti sunt Ordines, quasi nunc inutiles, supprimendi, si fas esset, videri possent & o-

mittendi. Neque enim iam in illis attenditur ministerium, propter quod instituti sunt, sed gradus solùm, quo ad superiora fiat ascensus. *r* Et vbi complures Sancti toto vitæ tempore in aliquo etiam Minori Ordine versati, in altiorem gradum se prouehi non sunt passi; *f* eorundem nunc Ordinum functiones homunciones refugiunt, atque absque vllo religionis sensu, ac specie passim obire videmus.

r S. Cyprian. Epist. 33. ad Cler. & pleb. de Aurelio Lectore.

f Idem Epist. 34. de Celerino.

Mediol. 5. part. 3. tit. de initiandi Ordin. Sacr.

Vt igitur prædictorum Ordinum munera dignius exerceantur, & restituantur, decernimus, vt sicut ex præcepto *t* Cōcilij Tridentini non nisi per constitutos in dictis Ordinibus debent exerceri, ita

t Sess. 23. c. 17 de ref.

Mediol. 4. tit quæ pertinent. ad Sacrum. Ordinis.

& ab omnibus, qui eis fuerint initiati, de facto exerceantur & præstentur: Nec vlli, *u* etiam Regulari, ad superiores gradus pateat ascensus, qui de præstitis eisdem functionibus certum testimonium non habeat. *x* Has autem functiones non rarò sed frequenter, non elatè, sed humiliter, non negligenti studio, sed accurata, & verè Clericali solicitudine obeant. In quo animum Ecclesiasticum habere, & dignos se comprobabunt, qui ad superiora conscendant.

Quos quidam quatuor

u *Mediol. 5. suprà. Aquense an. 1585. tit. qua ad Sacram. Ordin. adm. pertinent.*

x Iã verò cõ ventum est, vt quatuor illi Minores Ordines non temerè ab Ecclesia instituti ac recepti, præter nomen nihil in Ecclesia retinuerint, illorumque loco tenues homines aliquot Laici, qui per Ecclesię Prę-latos minoris compendij gratia subrogantur, illorum sese Officijs ingerant, idque indecorè, quippè nullo habitu Clericali amicti, inter quos sunt, quos appellamus, Campanarios.

Colon. 1. an. 1536. art. 3. cap. 31.

Minores Ordines non vno eodemq; die, sed per temporum interstitia, ex decreto y Concilij Tridentini arbitratu nostro pręscribenda, conferemus; vt eò accuratiùs, quãtum sit huius Disciplinæ põdus, possint edoceri, ac in vno quoque munere, iuxta præscriptum nostrum, Ordinati se exerceant:

y *Trid sess.23 de ref.*

Statuta illa temporum interualla Ordinibus tũ Minoribus, tum Maioribus suscipiẽdis, Concilij Tridentini Decreto pręscripta, ne facile, ac passim, sine vllo delectu, prætermittantur, omittanturue. *Mediol.4. par.2. tit. quę pertinent ad Sacram. Ordin.*

VI.

Statuta Ordinum interualla & temporum interstitia z ab vltimo minorũ Ordinum ad Subdiaconatum, à Subdiaconatu ad Diaconatum, à Diaconatu ad Presbyteratum, tan-

z *Trid. sess.23 cap 13. & 14 de ref.*

Tempora à Maioribus constituta seruentur, nec citò quilibet Lector, citò Acoly-

probatione cuiusque Ordinis ab Ecclesia piè institutum, strictè ab omnibus seruari mandamus: vt præstituto tẽpore probati Clerici, postquam in antea-ctis ministerijs piè ac fideliter se gesserint, ad altiorem gradum meritò assumi queant: *a* Nec quẽquã super interstitijs dispensãdum declaramus, nisi Ecclesiæ *b* necessitatem, aut vtilitatẽ id postulare certò cõstiterit.

c Aetas verò à sacris Canonibus pro singulo Ordine prescripta, non sufficiat, nisi vita & moribus, in sacris Ordinibus initiandis, senectus sit.

conus, citò Sacerdos fiat: Quia in minoribus Officijs, si diu perseuerẽt, & vita eorũ pariter, & obsequia comprobantur; & ad Sacerdotium posthac emẽsis stipendiorum meritis veniant, nec præripiant, quod vita probata merẽtur accipere. *Innoc. I. Ep. 4 ad Fælic. c. 5.*

a Si punctuatim seruatis temporum interstitijs cõsisterẽt pro uecti, exercitijs Ordinum proximè susceptorum sedulò vacãtes, Angelicæ profectò vitæ viros Ecclesiasticos haberemus. *Burdig. an. 1624 c. 6. de Ordin. n. 3.*

b Trid. Sess. 23. cap. 11. de ref. [illegible]

c *Bulla Clement. VIII. ad Episc. Gallia, ann.* 1599.

Merebatur Ordinationis vlteriores gradus, & incrementa maiora, non de annis suis, sed de meritis æstimandus. *S. Cyprian. Epist.* 33. *ad Cler. & pleb. de Aurelio Lectore ordinato.*

Aetas quidam illa sufficiat, modò tamen cœteraque quoque, quæ Canones plusquam ætatem respiciunt, haud desint; Nempè litterarum scientia, & morum grauitas. *Colon.* 1. *part.* 1. *cap.* 17.

VII.

Nemo, cuiuscumque status, & conditionis existat, ad sacros Ordines admittetur, qui prius in Seminario *d* non fuerit commoratus; Per annum quidem, ante sacrum Subdiaconatus Ordinem, quo, cùm arctiùs, & sacratiùs quàm per religionis statum homines Deo ligentur, non minori sanè indiget tempore probationis. Ante Diaconatū verò per menses sex, & ante Presbyteratū per menses item

d Presbyter priusquam ad consecrationem Presbyteratus accedat, maneat in Episcopio discendi gratia Officium suum; donec possint, & mores, & actus eius animaduerti; & tunc, si dignus fuerit, ad Sacerdotium promoueatur. *Con. Turon.* 3 *an.* 813. *sub Car. Magn.*

bis; *i* vel ſaltem coram nobis, ſemper peragi volumus; ne contingat, temerè, & non ritè perſpectis promouendi diſpoſitionibus, *l* cuiquam manus imponere.

i Eſt enim regulariter, & generaliter obſeruatum, vt ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manuũ ſpectat. *Innocent. III. C.* Venerabilem *de Elect. Antioch. Can.* 24.

l Non putent autem Epiſcopi, ſe muneri ſuo ſatisfeciſſe, ſi eorum,qui ordinandi ſunt,examinatione ad alios reiecta, manus tantum ipſi impoſuerint. Ita enim plerumque fit, vt qui inutiles, & indigni ſunt, eos ab alijs temerè, quos ea cura non admodum tangit, dignos iudicatos, Sacris Ordinibus præter conſcientiam inſigniant. Quapropter omnes & ſingulos Epiſcopos in Domino hortamur & monemus; eiſque mandamus, vt ipſimet hoc munus examinandi omni ſtudio, & diligentia exerceant. *Decret. de reform. Angliæ per Reginald. Polum Cardinal. & Sedis Apoſt. Legat. Decret.* 6. *ann.* 1556. *Tom.* 14. *Concilior. edit. Pariſ.*

Quò fit, vt nullæ,aut perſunctoriæ, aut admodum frigidæ fiant Ordinandorum examinationes: quem defectum ſupplere cupientes, & examen ad ſua principia, hoc eſt, ad Epiſcopos reuocare, quibus ex lege diuina incumbit nemini citò manus imponere, matura deliberatione præhabita, declaramus, Epiſcopos non debere huiuſcemodi examinationibus (quando non ignorant eas perfunctoriè factas) ſtatim acquieſcere,&c. Eaque de cauſa requirimus Prouin-

ciæ noſtræ Epiſcopos in Domino, vt vel ipſimet huic ſacro muneri ſatisfaciant, vel curam illam imponant viris pijs, doctis, & de Eccleſiæ profectu ſollicitis, quorum diligentia ſit eis explorata. *Colon. 2. an. 1549. tit de altero medio ad conſequendam reformationis executionem neceſſario, quod eſt examen Ordinandorum, Num. 2. Ad quos pertineat examen?*

I X.

Quilibet ante Seminarij ingreſsũ afferre teneatur, nobiſque exhibere Baptiſmi teſtimonium, & quod à legitimo matrimonio natus ſit, vel ob natalium defectum *m* ſecum diſpenſatum eſſe. Adferat quoque atteſtationẽ ſui Parochi ſub ſigillo clauſam, quam aliundè ipſe Parochus ad nos mittere poterit, in qua de vita, moribus, & conuerſatione Ordinandi, *n* de propenſione ad vitam Eccleſiaſticam, & idoneitate; de

m *Tit. de purgat. Can. c. accedens.* Aquenſe, ann. 1585. à Sixto V. approbatum, *tit. quæ ad Sacram. Ord. adminiſtr. pertinent.*

n *Mediol. 4. tit. quæ pertinent ad Sacram. Ordin.*

habitu *o* Clericali, & talari veſte à ſe continuò geſtata, de præſtitis frequenter, & religiosè ſuſceptorum Ordinum functionibus, de frequẽtiori acceſſu ad Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ Sacramentum, *p* & de trina denunciarione futuræ ipſius promotionis ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines, expreſſa mentio, & certa fides habeatur.

o Mediol. 5. part. 3. tit. 3.

p Trid. ſeſſ. 23 cap. 5. de ref.

Qui in Collegijs audiũt, Magiſtri *q* etiam teſtimonium referent. Et ad Subdiaconatum promouendi, producent titulũ, ſub quo Ordines ſibi conferri poſtulant; vt tunc examinetur, debitèque probetur. *r* Has autem atteſtationes, ſi tribus menſibus vetu-

q Trid ſeſſ. 23 cap. 5. de ref. Aquenſe ſuprà. Mediol. 4. ſuprà.

r Aquenſe ſuprà.

ſtiores fuerint, aut ex eo tempore non innouatę, vel confirmatæ, reijciemus. nullaque eis fides adhibebitur.

X.

s Trid. ſeſſ. 21 cap. 2. de ref.

t Alex. 3. de præbendis, & dignitatib. *C. Epiſcopus, &c. cum ſecundum. C. Tuis quæſtionib.*

Nullus, *s* quamuis alias idoneus ſcientia, & moribus, aut cantus peritia, præcellens, ad ſacros Ordines promouebitur, *t* niſi Titulo ſit inſtructus, qui ad vitam honeſtè ſuſtentandã ſufficiat; & ſit valoris redditus annui centum quinquaginta librarum, ab omnibus oneribus, debitis, hypothecis, liberi, & immunis. Cuius quidem Tituli, ſi Beneficium fuerit, canonicam prouiſionem, Viſa, immiſſionem in poſ-

ſeſſionem, pacificæq; poſſeſ-ſionis autenticum à viris probatę fidei ſubſcriptum, exhibere nobis tenebitur.

Si verò Titulus ſit donatio Ordinando facta, hæc in Regeſtrum Curiæ noſtrę Archiepiſcopalis inſeretur. *u* Cuius regiſtrationis atteſtatio à Secretario noſtro ponetur in dorſo litterarum præfati Tituli: ſiue ſit conſtitutio penſionis, ſiue prædiorum, domus, aut alterius cuiuſnis rei acquiſitio; ſiue bona illa hæreditario iure, ſiue bonorum partitione, ſiue alio quouis modo, obueniant.

u *Burdigal. an. 1624. c. 6. de Ordine, num. 4.*

Bonorum *x* huiuſmodi æſtimationem præſente loci Parocho fieri mandamus, huiuſque æſtimatio-

x *Med. 4. ſup.*

nis instrumentum,& dicto-
rum bonorum valorẽ sub-
scribi à quatuor præcipuis
loci illius Ciuibus, in quo
bona illa sita sunt (quos
dictorum bonorum spon-
sores constituunt *y* Regiæ
Ordinationes) vnà cum
Parocho, *z* qui de præfa-
torum Ciuium fide & pro-
bis moribus testimonium
nobis præstabit. Deinde
titulum prædictum *a* in
Missa Parochiali tribus
Dominicis, aut festis die-
bus Parochus populo de-
nunciabit, iuxta formam
infra subijciendam; *b* edi-
cens, vt dantes gloriam
Deo, & sub excommuni-
cationis pœna, super titu-
lo,& super promouendi le-
gitimis parentibus, ætate,
vita,religione,pietate,con-

y Ordon. d'Orleans art. 12.

z Narbon. ann. 1551. Can. 8.

a Aquense, an. 1585. tit. quæ ad Sacr. Ordin. pertinent.

b Burdigal. an. 1624 sup.

uersatione, continentia, sobrietate, perseuerantia, propensione ad vitam Ecclesiasticam, cæterisque virtutibus, veritatem in Domino proferant, & reuelent.

Si præmissa tituli denũciatione, & diligenti Parochi inquisitione, de qua illum oneramus, nulla oppositio, nullumue innotuerit impedimentum: testificationem suam conficiet, & obsignabit, clausamq; ad nos mittet. Cuius quidem testificationis formula inferius proponetur.

X I.

Declaramus furtiuè Ordinatos, *c* ac proinde ir-

c *Bulla Vrbani VIII.* [illegible]

regularitatem incurrere, si in susceptis Ordinibus ministrare præsumpserint, omnes quoscumque, qui fraudulento, falso, vel fiduciario, aut quouis modo ementito titulo, Ordines sacros surripere ausi fuerint; districtèque prohibemus, ne quis, sub pœnis in iure contentis, Patrimonium, sub cuius titulo Ordinibus sacris est initiatus, *d* alienare, retrocedere, aut remittere vllo modo possit, absque nostra licentia, donec Beneficiũ Ecclesiasticum sufficiẽs sit adeptus. Nec ipsum Beneficium, sub quo ad Sacros Ordines est promotus, resignare, aut dimittere, sine nostra item licentia; & mentione facta, quod ad

tra malè promot an. 1624

Est etiam diligenter animaduertẽdum, ne simulato, aut minus sufficienti quisq; Titulo promoueatur, qui postea in Ordinis Clericalis dedecus, aut mendicare, aut, quod maximè nefarium est, Sacrosanctum Missæ Sacrificium, quasi venale, facere cogatur. *Decret. de refor. Angliæ pro Regin Polum Card. Sed. Apost Leg.*

d *Trid. sess.* 21. *cap.* 2. *de ref.*

Beneficium illud ſit promotus.

Porrò ſub dicto *e* Titulo Patrimonij non quoſcumque Sacris Ordinibus adſcribemus, ſed illos dumtaxat, ſicut præcipit Concilium Tridentinum, quos neceſſitas, aut commoditas Eccleſiarum noſtræ Dioœceſis poſtulabit.

e Trid. vbi ſup. Proinde maximus abuſus eſt ordinare quoslibet ad Titulum Patrimonij Plurimi enim ordinari cupiũt pro vtilitate ſua, non Eccleſiæ, & de celebratione Miſſæ faciunt artem de pane lucrando. Vnde Sacerdotium contemptibile redditur, & Eccleſia ſcandalis patet: *Cardin. Bellarmini Epiſt. ad Epiſcopum Theanenſem Nepotem ſuum.*

XII.

A Subdiaconatus Ordine reijcientur, quos nouerimus cupiditate aliqua, *f* ambitione, aut auaritia duci ad hunc Ordinem poſtulandum. Nimirum vt redditus augeant, aliquaue gaudeant prærroga-

f Tales non gratis Deum diligunt, non Deum propter Deum quærunt, tẽporalia commoda ſequẽtes, lucris hiãtes, & honores ab ho-

tiua, qua ſine iſto Ordine non gauderent. Sicut & Criminoſi *g* quicumq; aut de Crimine accuſati, donec purgentur; & hi, qui ex inordinatæ vitæ ſordibus recens fuerint emerſi, & qui ære alieno grauati ſunt, vel ratiocinijs obſtricti, *h* vel negotijs ſecularibus quoquomodo fuerint implicati.

Illo Ordine initiãdi tali Doctrinæ Chriſtianæ notitia ſint inſtructi, vt in ea tradenda Parochos iuuarè poſſint, & paruulos docere. Sciant Rubricas, & modum recitandi Diuini Officij. Norintque ſufficienter pſallere. Sint continentes, *i* puri, caſti, à conuerſatione Mulierum omninò alieni. Sacrorum

minibus expetentes. *Colon. 1. p. 1. cap. 21.*

g Gelaſ. Pap. Ep. 9.

h C Non debet *de teſtib.* C. Si quis obligatur, *diſt.* 54. *S. Greg. l. 7. Ep. 11.*

Difficile enim eſt eos in nouo dignitatis gradu poſitos fieri meliores, qui vitijs, & ſceleribus defœdati, nõ ſine multorũ ſcandalo, quibus eorum prauè facta nota ſunt, ad illum ſtatum peruenerunt. *Mexican. ſuprà lib. 1. tit. 4. §. 1. de vita, forma, & moribus Ordinandorum.*

Canonum *l* Doctrina non careant, tamquam eum vitæ statum amplexuri, in quo illos seruare oportet. *m*

Subdiaconi nulli admittãtur, nisi qui Grammaticã bene teneãt, & intelligant quæ legerint. *Camer.* 1565.

tit 7. cap.3. Mediol.5. par.3. tit 3.

i Subdiaconi ordinari non debent, qui in adolescentia sua fuerint mæchati. *Eliberit. cap.3*

l Si quis Clericus ordinatur, moneri debet constituta seruare. *Capitul. Car. Magn. lib 7. tit.11.*

Carthag.3. can 3. Aurelian 4. Can.6.

Si qui sint ex populo eligendi ad Sacerdotium, videant, an sint exercitati in Legibus Sacerdotalibus, an sciant Statuta Ecclesiæ. *Conc. Nicæn.*

m Qui ad Subdiaconatum promoueri anhelant, hæc prius apud se attentè circumspiciant, scrutenturque semetipsos, maximè conducit. *Burdig. vlt. cap.6. de Ordine.*

XIII.

Eo demum Ordine suscepto, Parochialis Ecclesiæ Officijs, diebus saltem Dominicis, & festis, cum superpelliceo assiduè intersint. Proprij Ordinis mu-

n *Aquense supra.*

nia in Miſſis ſolemnibus frequenter obeant. Eamq: vitæ puritatem colant,o vt ſingulis diebus Dominicis, & feſtis ſaltem ſolemnioribus, Corpori, & Sanguini Chriſti communicare parati ſint, & reuera accedant. De reliquo, ſcientiæ Eccleſiaſticæ, Orationi, alijſque pijs operibus ita ſedulò incumbant, vt aliquãdo à Patrefamilias audire mereantur: *Amice aſcende ſuperius*.

o *Trid. ſeſſ. 23. cap. 13. de reform.*

Nemini Subdiaconatus Ordine non initiato *p* vti liceat Subdiaconi proprijs veſtibus, eiuſque Miniſterium exercere.

Sinod. Camot an 1526 *apud Rochel. in Decr. Eccl. Gall. lib.* 3 *de Ordine tit.* 2. *Auenionenſe ann.* 1594: *n.* 19 *de Sacr. Ordinis.*

XIV.

Corporis vitio,*q* aut defectu notabili laborantes,

q Vitioſum nihil offerri Deo legalia præcepta ſãcreant.

nec sacris Ordinibus adscribemus, nec Clero quidē adnumerabimus. Quales sunt Claudi, Gibo deformati, Vultu insigniter deformes, Statura pusilliores, alijue, quorum præsentia sacrorum Mysteriorum maiestatem, & dignitatem in altari dedeceat. Dispensationes vllas super his, aut alijs defectibus nō admittemus, nisi singulares, & egregiæ animi dotes, ac pietas, corporalem defectum ita suppleant, & reparent, vt specialis quædam ex tali promotione Ecclesiæ vtilitas expectari debeat.

xerunt. Itaq; de cætero modis omnibus hæc vitētur, nec quisquam talis suscipiatur in Clerum. *Ex Decretis Gelas. Pap. can. 18. Honor. 3. ex Cirone titul. de Corpore vitiatis c. 1. & 2.*

r His adde admodum balbutientes, & qui linguam non habeant intelligi-

r *Narbon. ann. 1551. can. 10.*

gi-

ſtiores fuerint, aut ex eo tempore non innouatę, vel confirmatæ, reijciemus. nullaque eis fides adhibebitur.

X.

ſ Trid. ſeſſ. 21 cap. 2. de ref.

t Alex. 3. de præbendis, & dignitatib. *C. Epiſcopus, &c. cum ſequendum. C. Tuis quæſtionib.*

Nullus, *ſ* quamuis alias idoneus ſcientia, & moribus, aut cantus peritia, præcellens, ad ſacros Ordines promouebitur, *t* niſi Titulo ſit inſtructus, qui ad vitam honeſtè ſuſtentandā ſufficiat; & ſit valoris redditus annui centum quinquaginta librarum, ab omnibus oneribus, debitis, hypothecis, liberi, & immunis. Cuius quidem Tituli, ſi Beneficium fuerit, canonicam prouiſionem, Viſa, immiſſionem in poſ-

ſeſſionem, pacificæq; poſſeſſionis autenticum à viris probatę fidei ſubſcriptum, exhibere nobis tenebitur.

Si verò Titulus ſit donatio Ordinando facta, hæc in Regeſtrum Curiæ noſtrę Archiepiſcopalis inſeretur. *u* Cuius regiſtrationis atteſtatio à Secretario noſtro ponetur in dorſo litterarum præfati Tituli: ſiue ſit conſtitutio penſionis, ſiue prædiorum, domus, aut alterius cuiuſnis rei acquiſitio; ſiue bona illa hæreditario iure, ſiue bonorum partitione, ſiue alio quouis modo, obueniant.

u *Burdigal. an. 1624. c. 6. de Ordine, num. 4.*

Bonorum *x* huiuſmodi æſtimationem præſente loci Parocho fieri mandamus, huiuſque æſtimatio-

x *Med. 4. ſup.*

nis instrumentum, & dictorum bonorum valorē subscribi à quatuor præcipuis loci illius Ciuibus, in quo bona illa sita sunt (quos dictorum bonorum sponsores constituunt *y* Regiæ Ordinationes) vnà cum Parocho, *z* qui de præfatorum Ciuium fide & probis moribus testimonium nobis præstabit. Deinde titulum prædictum *a* in Missa Parochiali tribus Dominicis, aut festis diebus Parochus populo denunciabit, iuxta formam infra subijciendam; *b* edicens, vt dantes gloriam Deo, & sub excommunicationis pœna, super titulo, & super promouendi legitimis parentibus, ætate, vita, religione, pietate, con-

y Ordon. d'Orleans art. 12.

z Narbon. ann. 1551. Can. 8.

a Aquense, an. 1585. tit. quæ ad Sacr. Ordin. pertinent.

b Burdigal. an. 1624 sup.

uersatione, continentia, sobrietate, perseuerantia, propensione ad vitam Ecclesiasticam, cæterisque virtutibus, veritatem in Domino proferant, & reuelent.

Si præmissa tituli denũciatione, & diligenti Parochi inquisitione, de qua illum oneramus, nulla oppositio, nullumue innotuerit impedimentum: testificationem suam conficiet, & obsignabit, clausamq; ad nos mittet. Cuius quidem testificationis formula inferius proponetur.

X I.

Declaramus furtiuè Ordinatos, c ac proinde ir-

c *Bulla Vrbani VIII. cō-*

regularitatem incurrere, ſi in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare præſumpſerint, omnes quoſcumque, qui fraudulento, falſo, vel fiduciario, aut quouis modo ementito titulo, Ordines ſacros ſurripere auſi fuerint; diſtrictèque prohibemus, ne quis, ſub pœnis in iure contentis, Patrimonium, ſub cuius titulo Ordinibus ſacris eſt initiatus, *d* alienare, retrocedere, aut remittere vllo modo poſſit, abſque noſtra licentia, donec Beneficiũ Eccleſiaſticum ſufficiẽs ſit adeptus. Nec ipſum Beneficium, ſub quo ad Sacros Ordines eſt promotus, reſignare, aut dimittere, ſine noſtra item licentia; & mentione facta, quod ad

tra malè promot an.1624

Eſt etiam diligenter animaduertédum, ne ſimulato, aut minus ſufficienti quiſq; Titulo promoueatur, qui poſtea in Ordinis Clericalis dedecus, aut mendicare, aut, quod maximè nefarium eſt, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, quaſi venale, facere cogatur. *Decret.de refor. Angliæ pro Regin Polum Card.Sed.Apoſt Leg.*

d *Trid. ſeſſ.* 21. *cap.*2. *de ref.*

Beneficium illud ſit promotus.

Porrò ſub dicto *e* Titulo Patrimonij non quoſcumque Sacris Ordinibus adſcribemus, ſed illos dumtaxat, ſicut præcipit Concilium Tridentinum, quos neceſſitas, aut commoditas Eccleſiarum noſtræ Diœceſis poſtulabit.

e Trid. vbi ſup. Proinde maximus abuſus eſt ordinare quoslibet ad Titulum Patrimonij Plurimi enim ordinari cupiũt pro vtilitate ſua, non Eccleſiæ, & de celebratione Miſſæ faciunt artem de pane lucrando. Vnde Sacerdotium contemptibile redditur, & Eccleſia ſcandalis patet: *Cardin. Bellarmini Epiſt. ad Epiſcopum Theanenſem Nepotem ſuum.*

XII.

A Subdiaconatus Ordine reijcientur, quos nouerimus cupiditate aliqua, *f* ambitione, aut auaritia duci ad hunc Ordinem poſtulandum. Nimirum vt redditus augeant, aliquaue gaudeant præroga-

f Tales non gratis Deum diligunt, non Deum propter Deum quærunt, tẽporalia commoda ſequẽtes, lucris hiãtes, & honores ab ho-

tiua, qua ſine iſto Ordine non gauderent. Sicut & Criminoſi g quicumq; aut de Crimine accuſati, donec purgentur; & hi, qui ex inordinatæ vitæ ſordibus recens fuerint emerſi, & qui ære alieno grauati ſunt, vel ratiocinijs obſtricti, h vel negotijs ſecularibus quoquomodo fuerint implicati.

Illo Ordine initiãdi tali Doctrinæ Chriſtianæ notitia ſint inſtructi, vt in ea tradenda Parochos iuuaré poſſint, & paruulos docere. Sciant Rubricas, & modum recitandi Diuini Officij. Norintque ſufficienter pſallere. Sint continentes, i puri, caſti, à conuerſatione Mulierum omninò alieni. Sacrorum

minibus expetentes. *Colon.* 1. *p.* 1. *cap.* 21.

g *Gelaſ. Pap. Ep.* 9.

h C Non debet *de teſtib.* C. Si quis obligatur, *diſt.* 54. *S. Greg. l.* 7. *Ep* 11. Difficile enim eſt eos in nouo dignitatis gradu poſitos fieri meliores, qui vitijs, & ſceleribus defœdati, nõ ſine multorũ ſcandalo, quibus eorum praué facta nota ſunt, ad illum ſtatum peruenerunt. *Mexican. ſuprà lib.* 1. *tit.* 4. *ſ.* 1. *de vita, forma, & moribus Ordinandorum.*

Canonum *l* Doctrina non careant, tamquam eum vitæ ſtatum amplexuri, in quo illos ſeruare oportet. *m*

Subdiaconi nulli admittãtur, niſi qui Grammaticã bene teneãt, & intelligant quæ legerint. *Camer.* 1565. *tit* 7. *cap*.3. *Mediol*.5. *par*.3 *tit* 3.

i Subdiaconi ordinari non debent, qui in adoleſcentia ſua fuerint mæchati. *Eliberit. cap* 3

l Si quis Clericus ordinatur, moneri debet conſtituta ſeruare. *Capitul. Car. Magn. lib* 7. *tit*.11. *Carthag*.3. *can* 3. *Aurelian* 4. *Can*.6.

Si qui ſint ex populo eligendi ad Sacerdotium, videant, an ſint exercitati in Legibus Sacerdotalibus, an ſciant Statuta Eccleſiæ. *Conc. Nican.*

m Qui ad Subdiaconatum promoueri anhelant, hæc prius apud ſe attentè circumſpiciant, ſcruten-turque ſemetipſos, maximè conducit. *Burdig. vlt. cap*.6. *de Ordine*.

XIII.

Eo demum Ordine ſuſcepto, Parochialis Eccleſiæ Officijs, diebus ſaltem Dominicis, & feſtis, cum ſuperpelliceo aſſiduè interſint. Proprij Ordinis mu-

n Aquenſe ſuprà.

nia in Missis solemnibus frequenter obeant. Eamq: vitæ puritatem colant,*o* vt singulis diebus Dominicis, & festis saltem solemnioribus, Corpori, & Sanguini Christi communicare parati sint, & reuera accedant. De reliquo, scientiæ Ecclesiasticæ, Orationi, alijsque pijs operibus ita sedulò incumbant, vt aliquādo à Patrefamilias audire mereantur: *Amice ascende superius*.

o Trid. sess. 23. cap. 13. de reform.

Nemini Subdiaconatus Ordine non initiato *p* vti liceat Subdiaconi proprijs vestibus, eiusque Ministerium exercere.

Sinod. Camot an 1526 apud Rochel. in Decr. Eccl. Gall. lib. 3 de Ordine tit. 2. Auenionense ann. 1594: n. 19. de Sacr. Ordinis.

XIV.

Corporis vitio,*q* aut defectu notabili laborantes,

q Vitiosum nihil offerri Deo legalia præcepta si- milia

nec ſacris Ordinibus adſcribemus, nec Clero quidẽ adnumerabimus. Quales ſunt Claudi, Gibo deformati, Vultu inſigniter deformes, Statura puſilliores, alijue, quorum præſentia ſacrorum Myſteriorum maieſtatem, & dignitatem in altari dedeceat. Diſpenſationes vllas ſuper his, aut alijs defectibus nõ admittemus, niſi ſingulares, & egregiæ animi dotes, ac pietas, corporalem defectum ita ſuppleant, & reparent, vt ſpecialis quædam ex tali promotione Eccleſiæ vtilitas expectari debeat.

xerunt. Itaq; de cætero modis omnibus hæc vitẽtur, nec quiſquam talis ſuſcipiatur in Clerum. *Ex Decretis Gelaſ. Pap. can. 18. Honor. 3. ex Cirona titul. de Corpore vitiatis c. 1. & 2.*

r His adde admodum balbutientes, & qui linguam non habeant intelli-

r *Narbon. ann.* 1551. *can.* 10.

gi-

Rothomag. an. 1581. tit. de Episcop. Officijs num. 6.

gibilem, ac satis expeditam.

X V.

Hæc potissima sit Diaconorum cura, vt quas ab eis virtutes, & dotes, *s* ex Apostolo requirit Ecclesia, à Deo obtineant, *t* eisque ornentur. Parochialibus Officijs, sicut præscriptum est Subdiaconis, & ipsi assiduè intersint; proprijque Ordinis Munia frequenter, & diligenter exerceant. Doctrinæ Christianæ notitia præstent, vt non paruulos solùm, sed & populum, de Parochi licentia, doceant. *u* Parochis, & Ecclesiarum Superioribus circa sibi iniuncta mu-

s 1. Timoth. 3. His profecto verbis, Apostolus, irreprehensibiles esse debere significat Diaconos. S. Chrysost. Homil. 11. in cap. 3. Ep. 1. ad Tim

t Diaconi imitatores Angelicarum virtutū, quæ purum, & inculpatum Ministerium exhibent. S. Ignat. Epist ad Trallian.

u Si quis Presbyter,

munia obſequẽtes ſe præbeant. *x* Pauperum neceſſitatibus inuigilẽt, quas ad Parochũ referant; quantum poterunt opis, & ſolatij eis impertiri, aut procurare ſoliciti. Denique in omnibus meminerint ſibi agendum eſſe, iuxta robur illud ſpiritus, & gratiam, quam per impoſitionem manuum acceperunt.

vel Diaconus vel quilibet Clericus Eccleſiæ deputatus, ſi intra Ciuitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo Eccleſia eſt, & ad quotidianum pſallendi ſacrificium matutinis, vel veſpertinis horis ad Eccleſiam non conuenit, deponant à Clero. *Capitul. Martini Bracharen. Can.* 63. *Mediol.* 5. *ſuprà*.

X V I.

Presbyteros non aſſumemus, niſi *y* pro neceſſitate Eccleſiarũ noſtrę Diœceſis, illoſque dumtaxat, quos emenſo ſtudiorum ſuorũ curriculo, verè futuros operarios nouerimus: probata prius *z* diligenti examine eorũ peritia circa

x *Actor.* 6.

y Cum nullus debeat ordinari, qui iudicio ſui Epiſcopi non ſit vtilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſijs.

ea, quæ ad Sacramẽtorum, Pœnitentiæ præsertim, administrationem spectãt; *a* & quod tales in scientia Sanctorum, & in interioris hominis virtutibus progressus effecerint, *b* vt idonei sint ad conscientias fidelium piè, salubriterque dirigendas, & ad docendum populum, quæ necessaria sunt ad salutem. Volumus etiam vt sint sacrorum Rituum, & *c* cantus Ecclesiastici peritia instructi (de quibus erunt examinandi) *b* vt Parochialibus Ecclesijs, seu alijs, quibus iussu nostro statim à sacra Ordinatione addicendi erunt, vtilius inseruiant. Præcipimus in virtute obedientiæ, vt nullus Sacerdos absque nostra

Trid. sess. 23. cap. 16. de ref. & sess. 21 c. 2
z Trid sess. 23 cap. 14. de ref.
a Iam verò ad Presbyterij fastigium talis accedat. .... vt meritũ probitatis stipendia ante acta testẽtur. *Zosim. Pap. Epist 1.*
b *Burdig. an. 1624 c. 6. n. 6*
c *Tolet. 8. an. 1653 c. 8. Sin Lingon. anno 404. apud Bochel. in decret. Ec. clesGall. l. 3. tit. 2.*
d *Narbon an. 1551. can. 9.*

ſpeciali *e* licentia, aut mandato, eam Eccleſiam deſerat, cui inſeruiendæ fuerit adſcriptus.

XVII.

Nemini Dimiſſorias litteras concedemus pro ſuſcipiendis Ordinibus, *f* niſi præuio examine capax, & idoneus fuerit repertus à Nobis; vel ſi longiùs abfuerit, *g* & ad nos commodè venire nō poſſit, ab his, quibus illum examinandi prouinciam ſpeciatim delegauerimus, qui illius capacitatem, & idoneitatem Nobis teſtatam referent. *h* Subreptitias declarantes quaſcumque Dimiſſorias, in quibus hæc clauſula nō fue-

e *Chalcedon. can 6. Trid. ſeſſ. 23. c. 16. de ref.* Tanquam plantati ſuis permaneant locis, nec Eccleſias, quibus ſunt adſcripti deſerant; ſed tanquam iurati milites ſtationem tueantur ſuā. *Archiepiſcopale Bonon. par. 3. ſerm. de Sacram. Ordinis.*

f *Trid ſeſſ 23 cap. 3 de ref. Aquenſe anno 1585.*

g *Mediol. 5. par. 3. tit. 3. Trid. ſupra.*

h *Tholoſ. an. 1590 cap. 7. de Sacram. Ordinis.*

fuerit reperta, CAPACI, ET IDONEO IN EXAMINE REPERTO.

Nec Dimissorias concedemus, vt *i* à quocumque ordinentur, sed à certo, vel à certis Episcopis designandis: *l* Nec ad omnes, sed ad vnum Ordinem sacrum dũtaxat: Nec sine temporis limitatione, sed ad quatuor solũmodò menses valituras, vltra quos nemini dictas Dimissorias suffragari, & nullius roboris fore declaramus. Hacque semper conditione, & lege, quòd dimissi in aliquo Seminario tantumdem temporis maneant, ac in nostro permanere debere, supra ediximus.

i Deliberations de l'Assemblèe generale du Clergè de France le 22. Feur. 1657.

l Aque nann. 1585. quæ ad Ordin. Sacr. administr. pertinent. Narbon. ann. 1551. Mediol. 4. tit. quæ pertinẽt ad Sacr. Ord.

Nul-

Nullas tamen Dimiſſorias *m* pro Presbyteratu ſuſcipiendo, niſi neceſſarijs admodum de cauſis, ſumus conceſſuri; quia Diaconis noſtris placet proprias manus imponere; quo eorum perſonas, & qualitates melius agnoſcentes, poſſimus eis de Beneficijs prouidere, vel illos ſacerdotalibus munijs in Eccleſijs noſtræ Diœceſis, ſtatim poſt Ordinationem, ſicut præfatum eſt, admouere.

A ſuis verò Ordinarijs dimiſſi non admittentur, niſi ex Dimiſſorijs eorum litteris expreſsè conſtet, teſteturque, eos *n* fuiſſe Examinatos, Capaces, & & Idoneos eſſe; ac ſufficiēti titulo munitos. Quod

m Prohibemus quoque ne Officiales noſtri litteras Dimiſſorias, quæ vulgò licentiatoria Ordinandi vocantur, alicui temerè concedant. Illarū enim prætextu, qui ſuæ ruditatis, & inſcitiæ ſibi conſcij ſunt, noſtrorū Vicariorū in Pontificalibus diſquiſitionem ſubterfugiunt, & aliò demigrant, vbi nullus Canonicæ traditionis reſpectus habetur. *Colon. 1. par. 1. cap. 29.*

n *Trid. ſup.*

non obſtabit quin à Nobis quoque, ſi videbitur, examinentur. *o* Litteras dimiſſorias, quæ vetuſtiores fuerint quatuor menſibus, non admittemus.

o Aquenſe ſupra.

XVIII.

p Extra Statuta illa ab Eccleſia anni *q* tempora, in quibus Spiritus ſancti gratia per totius populi fidelis Orationes, & Ieiunia præcipuè imploratur, nemini ſacræ Ordinationis munus impertiemur; niſi prius diligenter examinato motiuo, & fine, quo ducitur is, qui ex diſpenſatione Apoſtolica aliter ordinandus ſe offert; *r* & cõſtito, quod non niſi propter vrgentes cauſas, quæ vtili-

p Alex. 3. de Temp. ordin. c. ſanè &c. cõſultationi.
q Bulla Clement. VIII. anno 1599. ad Epiſcopos Galliæ.

r Londinen. an. 1075. c. 5

tatem Ecclesiæ respiciunt, talis dispẽsatio petita fuerit, & obtenta; cum plerumque huiuscemodi homines, vel falsæ pietatis, & deuotionis, vel ambitionis, aut auaritiæ ductum sequi, suspicandi locus sit: quorum persæpè non alia mens est, quã vt leges Ecclesiæ subuertant, & in Diœcesi nostra cõstitutam disciplinam subterfugiant.

XIX.

ſ Furtiuè Ordinatos denunciamus, & perpetuæ suspensionis pœnæ subiacere eò ipso illos, qui, vt quoquomodo ad Ecclesiasticos Ordines, per fas, & nefas, irrepant; Constitutiones nostras eludendi,

ſ Cũ nobis innotuerit quamplures vltramontanos suæ salutis immemores, Deique timore postposito ad ordines sine di-

vel *t* Seminarium declinandi causa, vel alio quocumque modo, aut prætextu, ab alijs, quàm à Nobis, vel de nostra speciali licentia, & Dimissorijs litteris promoueri se fecerint. Siue ad hunc finem Beneficium aliquod extra Diœcesim emendicando; siue alio quouis *u* modo, & in quocumque loco id faciant.

litteris se promoueri fecisse ...

Promoti perpetuæ suspẽsionis pœnam absque spe dispensationis à Sede Apostolica obtinẽdæ incurrant eò ipso. *Bulla Vrbani VIII. 1624. contra malè promotos.*

t Et quia nonnulli indocti omninò, ac suæ infirmitatis conscij curant se promouendos Romæ, aut alijs in locis extra suam Diœcesim, examen assuetum reformidantes, &c.

Volumus huiusmodi promotos à sacrorum Ordinum executione arcendos esse. *Synod. Parisiens. an. 1557. apud Bochel. lib.3 tit.2.de Ordine.*

u Senon. *an.1528.cap.7.in decret.morum.*

XX.

x In Regularibus initiandis eadem seruari edicimus, excepto Seminario.

x Regulares quoque: nec minori ętate, nec sine di-

quæ pro alijs ſupra ſunt conſtituta, *y* Teſtimonium habebunt de ætate, & de natalibus. *z* Obedientiam quoque, ſeu licentiam ſui Superioris pro aſcenſione ad Ordines; *a* eiuſdemque teſtificationẽ de moribus, *b* & Regulari obſeruantia, de reuerentia erga Sacerdotes, & obedientia erga Superiores; *c* & quòd verè idoneus ſit, vt illi Ordini adſcribatur, quo quis initiari vult. Proferre quoq; tenebuntur *d* Teſtimoniales litteras Tonſuræ, & Ordinis proximè ſuſcepti; & quod eiuſdem *e* functiones frequẽter præſtiterint: quòd futura eorum promotio in Eccleſia fuerit publicè denunciata: *f* & quòd ſtatutum ab Eccleſia

ligenti Epiſcopi examine ordinentur, priuilegijs quibuſcumq; quoad hoc, penitus excluſis. *Trid. ſeſſ 23. c. 12. de ref.*

y *Aquenſe ſupra.*

z *De tempor. ordinat. C. ad Aures.*

a Mediol. 4. *tit. quæ pertinent ad Sacr. Ordin.*

b Mediol. 5. *de initian. Ord. Sacram.*

c *Edict. de ſacra ordin. Act. Eccleſ. Mediol. p 3.*

d *Aquenſe ſupra.*

e *Mexican. ſupra.*

f *Mediol. 4. ſupra.*

tempus, quod interiectum esse debet inter vnius, & alterius Ordinis susceptionem, seruauerunt: super quo non fiet *g* dispensatio, nisi id vtile esse, aut necessarium Ecclesiæ, constet.

g *Aquense an.* 1584.

Sint autem huiusmodi Testificationes non antiquiores tribus mensibus, sicut superiùs est declaratum.

Loco Tituli *h* afferēt testificationem præstitę Professionis Regularis: & nihilominus iuramento coram Nobis affirmabūt, scripto manu propria subsignato, se illam spontè, & liberè emisisse, aut ratam habuisse, & habere. *i* Quod quidem Scriptū apud nos remanebit in Archiuio

h *Mediol.* 2. *tit.* 1. *Dec.* 23 *Pius V. in declar. cap.* 2. *sess.* 7. *Concil. Trid. pridie iv. id. Octob.* 1568.

i *Burdigal. an.* 1624.

Archiepiſcopali aſſeruandum.

o Regulares alterius Diœceſis non admittemus, niſi *p* à proprijs Epiſcopis Dimiſſorias habeant, in quibus fides fiet de examine, & idoneitate ipſorum, & de cauſis propter quas proprius ipſe Epiſcopus Ordines non conferat.

o Vnuſquiſq; autem à proprio Epiſcopo ordinetur, quod ſi quis ab alio promoueri petat, nullatenùs id ei, etiam cuiuſuis generalis, ſpecialis reſcripti, vel priuilegij prætextu, etiam ſtatutis temporibus, permittatur, niſi eius probitas, & mores Ordinarij ſui teſtimonio commendentur. *Trid ſeſſ 23 cap 8 de refor.*

Mediol 5. *Titulo de initiandis ordinis Sacram.*

p Carthag. 5. *cap.* 13. . . . Afric *can* 47. *habetur diſt.* 58. *C ſi quis Arelat* 3. *in cauſa inter Abbatem Lerinenſem, & Theodorum Epiſcopum Foroiulienſem.*

Sciant tam Regulares, quàm ſæculares Clerici, qui ante ætatem lægitimam ad ſingulos ſacros Ordines promouebuntur, vt etiam, qui cum ex Vrbe, vel Diœceſi Aretina oriundi ſint, abſque legitimis dimiſſorijs, ab alieno Epiſcopo aliquem ex ipſis ſacris Ordinibus acceperint, ſe à prædictorum Ordinum executione, ipſo iure ſuſpenſos eſſe, ex Pij II. Pont. Conſtitutione, qua durante ſuſpenſione, ſi in eiſdem

Ordinibus miniſtrare præſumpſerint eò ipſo irregularitatem incurrere. *Synod. Aretina. an.* 1598. *§. Et quoniam.*

Synod. Cremonenſ. 1. *ann.* 1599. *ſub Cæſare Speciano tit.* quæ pertinent ad Sacramentum Ordinis.

Nucerina ſub Simone Lunadoro ann 1608 *tit. in quibus viri, & loca regularia Epiſcopali ſubiacent iuriſdictioni.*

XXI.

q *Pius V. in Bulla* Romanus Pontifex *an* 1568. Mediol. 2 *tit. Decret.* 23. *Rothomag. approbatũ à Greg. XIII. tit de Monaſterijs* §. 34. r *Burdigal. an.* 1624. *c.* 6. *de ordine. tit.* 4. *de Subdiaconis.* s *Ordinationes Cler. Gall. ic. artic.* 18. *anno* 1645. & 1665. *Vniũ.* Com-

q At ne contingat Regulares, aut alios quoſcũque, qui ſub Titulo Communitatis, aut Religioſæ paupertatis Ordines ſuſceperunt, in opprobrium Ordinis, & dedecus Eccleſiæ mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere: r Statuimus, nullum ex his ad Ordines admittendũ eſſe, s quin eius Domus, Conuentus, Congregatio, aut Societas ſcripto Nobis tradẽdo ſe ob-

ſtringat ad illum alēdum, quoad vixerit, & ſuſtentandum. Et vbi pro criminis indigentia aliquem è Religione eijci oportebit, & vrgeat neceſſitas, quòd id Superiores præſtare non poſſint, *t* & habitu priuare, niſi Nobis priùs expoſitis, & declaratis cauſis, propter quas ad id compellentur; & non aliter quàm conſtituta eidem *u* (ſi Domus, aut Cõgregatio aliquibus redditibus eſt inſtructa) perpetua penſione, *x* quæ ad victum honeſtum ſufficiat: ſicut & fugitiuos, & Apoſtatas recipiendi, & retinendi, quoties eis remittentur, tradenturuè. Omnia iuxta ſacros Canones, Conſtitutiones, & Decreta

mentaria ſuper has ordinationes per Franc. Hallier. Epiſcop. Caualicenſ. impreſſ. Pariſ an 1665.
t Conc. Melden ſub Carolo Caluo can 59. Regula ſãcti Benedicti.
u Burdigal. an 1624. *ſup.*
x Sixt. V. declarat in c. 2. ſeſſ. 21. Conc. Trid. iuſſit Societatis Ieſus Communitates dare eiectis à ſua ſocietate annuũ redditũ viginti aureorum nummorum, quæ declaratio edita habetur Turnoni an. 1621 Lugduni poſtea, & Duaci.

Summorum Pontificum, & Ordinationes Cleri Gallicani.

X X I I.

Præcipimus y ne Regulares recedant, nisi priùs à Secretario nostro acceperint Litteras testimoniales Clericalis Tonsuræ, vel Ordinis suscepti, sine mora, & gratuitò illis expediendas; in quibus non solùm Religionis nomine designabũtur, verùm etiam nomine proprio, & familiæ suæ cognomine, dum inter sæculares viuerent, denotabuntur. Sine quibus z Litteris, nec ad Superiores Ordines, nec ad celebrationem Missæ, nec ad Verbi Dei Prædicatio-

y Mediol. 5. *probatum à Gregor. XIII. tit. de initiãdis Ordin. Sacr.* Aquense probatum à Sixto V. tit. quæ ad Sacram. Ordin. adm. pertinent. Ordinationes Cleri Gallicani art. 17. *Mileuit. 2. can. 4. Afric. can 57.*

z Constitutio Hincmari Remensis in Cõcilio apud S. Medardum refertur 2. q. 1. c. *Legum.* Mechliniense *an. 1607. tit. 9. de Sacram. Ord. cap. 4.*

nem, nec ad Confessiones audiendas admitti poterunt.

XXIII.

Nemini Ordines, aut Tonsuram conferemus sub Dimissorijs *a* Abbatum, aut quorumuis Exemptorum: sicut & Capitulorũ, Sede vacante, intra annum à die vacationis, *b* nisi necessitate vrgente, & occasione Beneficij arctatis.

a *Trid. sess. 23. cap. 10. de ref.*

b *Idem sess. 7. c. 10. de ref.*

XXIV.

Mandamus Presbyteris, ne statim ac per impositionem manuum nostrarum fuerint in Sacerdotium Christi cooptati, è Seminario discedant; sed ali-

quanto adhuc tempore morentur, vt ad primitias sui Sacerdotij offerendas se meliùs disponant; *c* Missamque primam celebrent collectioribus animis, maiorique præparatione.

c. Mexican. *an* 1585. *lib.* 1. *tit* 4 §. 6.

Et ne in Missis *d* nouis celebrandis, sub specie pietatis, auaritia vlla subrepat, aut vllus profanæ lætitiæ, seu euagationi mẽtium locus detur, omninò prohibemus quibuslibet Sacerdotibus, siue Ordinis Sæcularis sint, siue Regularis, ne pro celebratione primæ Missæ Patrinum, & Matrinam sibi adciscant, & assumant: *e* ne in eis oblationes fiant vllæ: & ne harum occasione *f* conuiuia celebrentur, aut ludicrum quid, & quod pro-

d Burdigal. *an.* 1624. *cap. de Sacrif. Missæ.*

e Trid. *sess.* 22 *decret de obseruant. & euitant. in celebr. Missæ.* Mogunt. *an.* 1549. *cap.* 60.

f Nullus Sacerdotum no-

phanum sapiat, vllo modo præstetur.

uitiorum illa die qua primam Missam celebrare voluit in exordio publicationis sanctissimi sui officij oblaturus Deo primitias gratiæ, & salutis sibi collatæ, aliquos ad conuiuium inuitare, aut inuitatos habere, aut procurare per se, vel per alium, vllo modo præsumat: sed ad solum Deum, cuius militiæ est adscriptus, dirigat aciem sui cordis, maximè die illa deuotus, curis, & sollicitudinibus temporalium quibus mentes hominum distrahuntur, exutus. Remotis vanitatibus histrionum, qualibus tumultibus, & insolentijs reproborum, qui etiam sæpè venire assolent non vocati. *Saltsburgense ann.* 1420. *sub Martino V. tit.* 27. *de celebrat. Missarum*.

XXV.

Presbyteri, sponsionis illius memores, quam in manibus nostris emiserũt, ita se nobis in omnibus obedientes præstent, *g* vt his quasi verè filijs gloriari, & tanquam membris vti possimus.

Et ne à debita obedientia, & à Sacerdotalibus

g Episcopus vt membris, vtatur Clericis, & maximè ministris, qui sunt filij. *S. Ambros. lib.* 2. *Offic. c.* 27. Similiter, & de Presbyteris hæc habeantur, vt sine iussu [illegible]


prij Episcopi nihil agant &c.
S. Dam. Pap. epist. 4
h *Act. Eccles. Mediol. part. vbi habetur formula concessionis remanendi in ædibus laicorũ, erudiendorum puerorum gratia, pro Clericis etiam non Presbyteris.*

Clerici in eo officio ne se exerceant, vt vllas mulieres, etiam quauis dignitate illustres, doceant legere, scribereue, aut canere, alioue cuiusuis generis instrumento musico sonare. *Mediol. 2. tit. 1. decret. 32.*

munijs abducantur, districtiùs prohibemus, ne sacro Presbyteratus Ordine initiati homines in familijs Laicorum, *h* erudiendorũ puerorũ gratia, aliorumue negotiorum causa remaneant. Nec id etiam liceat inferioribus Clericis, presertim in sacris Ordinibus constitutis, nisi necessitate tantum, & tempore studiorum, facultate nostra in scriptis priùs obtenta, iuxtà formam infrà ponẽdam: Aliàs à promotione Ordinum, & à cuiuscuis Ecclesiastici muneris fũctione arcendos se nouerint.

Actum, & publicatum in Synodo Diœcesana die 22. Aprilis 1667.

EDIT-



EDITTO,

Che si publica per Ordinare un Suddiacono.

SI *notifica, che volendo Monsig. Arciuescouo ordinar Suddiacono N. figliolo di N. e di N. suoi Padre, e Madre, se alcuno conoscesse imperfettioni notabili nella sua Vita, e ne' suoi costumi, contrarij alla purità, & honestà douuta allo stato Ecclesiastico, ouero sapesse, ch' egli fosse colpeuole di qualche delitto, ò caricato di grandi debiti, ò fosse obligato di render cōto del maneggio di grādi somme di denari, debba farlo sa-*

pere à noi, ma che lo faccia non per altro fine, che per la gloria di Dio, e per honor della sua Chiesa, senza odio, e malitia, e ricordarsi della conditione humana, in cui tutti viuiamo.

Il sudetto N. pretende ancora di far approuare per suo Titolo Ecclesiastico vna donatione ad esso fatta (ouero vn' Instromēto di diuisione de' suoi beni patrimoniali, (ouero) vn' acquisto, ò vn contratto di assegnatione di frutti, conforme intenderete dalla lettura. Legga l'Instromento; e poi dirà.

Se alcuno hauesse cognitione, che i frutti, le proprietà, ouero le heredità quì contenute, non appartenessero al detto Ordinando, ò à quelli, che glie le donano, ouero, che questi terreni, heredità, ò questi frutti siano hipotecati, ò in altro modo obli-

gati, in modo tale, che il detto Titolo non poſſa eſſer ſicuro, e non arriui alla ſomma di 150. lire di rendita, ouero, che nelli detti Inſtromenti vi ſia qualche altra ſuppoſitione, ò falſità, ſia obligato in coſcienza di darne auuiſo, ſotto pena di ſcommunica.

Queſta publicatione ſi deue fare per tre Domeniche continuate, con queſta clauſula in fine. Queſta è la prima publicatione, ò la ſeconda, ò la terza.

E ſe ſcorreſſero 3. meſi dopò l'vltima publicatione ſenza conferirſi gli ordini, ſi dourà fare l'iſteſſa publicatione vn' altra volta, e portarne la fede.

EDITTO,

Per vn Diacono, ò Sacerdote.

SI dà auuiſo, che volendo Monſig. Arciueſcouo ordinar Diacono, ò Sacerdote N. figliolo di N. & N. ſuoi Padri e Madre, ſe alcuno conoſceſſe notabili imperfettioni nella ſua vita, e ne' ſuoi coſtumi, contrarij à quella purità, & honeſtà, che ſon deuute allo ſtato Eccleſiaſtico, ouero ſapeſſe, che foſſe carico di molto debito, debba manifeſtarlo, ma ſolamente per la gloria di Dio, e per l'honor della ſua Chieſa, non per odio, nè con malitia, ricordandoſi della conditione humana, nella quale tutti viuiamo. E queſta è la prima publicatione, ò la ſeconda, ò la terza.

FORMA

Atteſtationis Publicationis Ordinandorum ad Subdiaconatum.

ILluſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Patri, & Domino D. Archiepiſcopo N. Prior, vel Vicarius, ſeu Curatus Eccleſiæ Parochialis N. *talis loci* veſtrę Diœceſis, Reuerentiam & Obedientiam.

Fidem facio me tribus diebus Dominicis, vel Feſtiuis, neque ſe immediatè ſequentibus, videlicet *tali, & tali die, menſis, & anni*, inter Miſſarum Parochialium ſolemnia, per me ipſum, aut Presbyterum, Vicarium meum, *aut Secundarium*, Clero, populoque denunciaſſe, Dilectum in Chri-

Chriſto N. Acolythum veſtræ Diœceſis, ſub beneplacito veſtro, ad ſacrum Subdiaconatus Ordinem eſſe promouendum, Litteraſque obligatorias eius Tituli publicaſſe, nemine reclamante, aut impediente.

Præterea teſtor ipſum N. Acolythum, ex quo in Acolythorum numerum relatus eſt, canonicè vixiſſe, Ordinũ Minorum functiones in Eccleſia noſtra Parochiali piè, & frequenter exercuiſſe, nulloque canonico impedimento innodari, quod ſciam, quominus prædictum Subdiaconatus Otdinem ſuſcipere poſſit. In quorum fidem præſentes obſignaui. die ... menſis ..... anni &c.

Nota quòd omittenda ſunt hæc verba, *Litteraſque obliga-*

torias eius Tituli publicasse, si promoueri debeat sub Titulo Ecclesiastico.

Quando verò aliquod subierit impedimentum, siue circa Personam, siue circa Titulum, aliter facienda est attestatio, iuxta rei veritatem, & clausa transmittenda.

Le mesme in François.

IE certifie à Monseigneur l'Illustrissime, & Reuerendissime Pere, & Seigneur Monseigneur l'Archeuesque N. que moy Preiur, ou Vicaire, ou Curè de l'Eglise Paroissiale de N. de tel lieu de son Diocese; i'ay par trois diuers iours de Dimanches, & Festes non immediatement consecutifs, au Prône des Messes Paroissiales dites, & celebrées en nostredite Paroisse,

tel, & tel iour du mois de N. & de l'annèe courante, *fait ſçavoir au Clergè, & au peuple que noſtre bien aimè en Ieſus-Chriſt N. Acolythe de ſon Dioceſe, deſire, ſous ſon bon plaiſir, ſe faire promouvoir à l'Ordre du Souſdiaconat, & que i'ay publiè les lettres de ſon Titre patrimonial, nul à ce contrediſant ou s'oppoſant.*

De plus i'atteſte que ledit Acolythe depuis le temps qu'il a eſtè mis au nombre des Acolythes, a vèeu canoniquement, & qu'il a exercè frequentement & avec pietè, les fonctions des Ordres Moindres dans nòtres Egliſe Paroiſſiale; & qu'il n'eſt liè d'aucun canonique empèchement, que ie ſçache, qui le rende inhabile à la reception dudit Ordre de Souſdiacre. En foy de quoy i'ay ſignè les preſentes; &c.

225

Nota, *qu'il faut omettre ces paroles*: I'ay publiè les lettres de son titre patrimonial, *quād il doit estre ordonnè sous le titre d'vn Benefice.*

Si on a connoissance de quelque empèchement, soit au regard de la personne, soit au regard du titre, il faut dresser autrement l'attestation, & l'enuoyer close, & cachetèe.

Forma Attestationis Publicationis Ordinandorum ad Diaconatum, & Presbyteratum.

ILlustrissimo, &c. *vt suprà*, fidem facio me tribus diebus Dominicis, vel Festiuis, &c. Clero, populoque denunciasse dilectum in Christo N. Subdiaconum, vel Diaconum

vestræ Diœcesis, sub beneplacito vestro, ad Sacrum Diaconatus, vel Presbyteratus Ordinem, Deo iuuante, esse promouendum: nemine reclamante, aut impediente.

Præterea testor ipsum Subdiaconum, vel Diaconum, ex quo in Subdiaconorum, vel Diaconorum Ordinem relatus est, canonicè vixisse, Ordinis sui officio in Eccclesia nostra Parochiali debitè, & frequenter functũ fuisse; Officijs Parochialibus diebus Dominicis, & Festis cum superpelliceo interfuisse, nulloque canonico impedimento, quod sciam, innodari, quominus prædictum Diaconatus, vel Presbyteratus Ordinem suscipere possit. In quorum fidem, &c.

Formula facultatis, qua permittitur Clericum esse in familia alicuius Laici, causa educationis liberorum.

Ex S. Carolo Borromæo p.8. Act. Eccles. Mediol.

Hieronymus, &c. Tibi N. de cuius vitæ probitate, docendi ratione, & fidei professione nobis satis constat, his litteris facultatem damus, vt in domo N. pueros educare possis; quam sanè facultatem tibi concedimus his conditionibus infrascriptis.

Libros prohibitos à pueris legi non patieris, sed neque etiam alios, in quibus obscœna, vel turpia, aut mi-

nus honesta contineantur.

Si quæ prophana aliquando pueris erunt exponenda: omnia ad rectã disciplinam, egregiamque morum indolem præclaris interpretationibus traducere studebis. Quę deLudimagistris à sacris Canonibus, & à Nobis sancita sunt, diligenter integrèque seruabis,

Cùm autem Ecclesiastica persona sis, dignitatis Ecclesiasticæ memor, ne cum reliqua familia verseris, neue alio munere, quàm docendi pueros fungaris. Mulieres, seu Dominas nullo pacto deducas comiterisue. Non causarum actor, rerumque temporalium administrator sis. Nec item victus, ac vestirus procurationem, ac illorum dispensationem exerceas.

Diebus feſtis pueros ad diuina officia, ad verbi Dei Conciones, & Doctrinam Chriſtianam adduces.

Tu verò ipſe ijſdem diebus ſuperpelliceo indutus in Eccleſia N. Miſſæ ſolemni, & Veſperis intereris. Menſualibus item Congregationibus, ſeu Collationibus, Proceſſionibus, & reliquis huiuſmodi, quibus Clerus intereſſe debet, & tu intereſſe ne omittas.

Has autem noſtras litteras diutius tibi ſuffragari nolumus, quàm per ſex menſes, quo tempore confecto, ne audeas, ſine noua confirmatione, docendi artem exercere, ſub pœna ſuſpenſionis, quam ſcito, nullo pacto te impetraturum, niſi teſtimonio

nio ſide digno Nobis conſtiterit, ſupradicta capita diligenter te executum eſſe. Datum, &c.

FINIS.

